



**LEGVM PON||IFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

xviii. Qui matrimoniu[m] adcusare possunt, vel contra illud testificari.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

## *Qui mat.adcūs.poss.&c.*

resumitò, decedito.

*7. Causā que si* Sed & de possessoria hæreditatis petitione, hi co iudice si bī cognitionem vindicante, ecclesiæ cognoscito. An autē quis ex legitimis natalibus siet, cognoscito.

*13. Per venerabile.* Romanus quoque pontifex in terris quidem ecclesiæ inlegitimos liberè legitimato. In alienis, ni iustissima de causa, aut nisi in spiritualibus, ne facito. Tunc tamen indirectò & per quandam velut consequentiam etiam quoad temporalia legitimati creduntor.

*15. Gaudemus.* Eadem ratione proles de infidelium coniunctionibus nata qui secundo, tertio, vel ulteriore gradu secundum opinionem suam contraxint post conuersionem eorum ad fidem legitimam censetur.

*Qui matrimonium adcūsare possunt, ut contra illud testificari. Tit 18.*

*6. Cum in tua.* **Q** Vi tempore publicationis proclamatum, quæ vulgo banna vocant, tacuerit, ni ea probabiliter ignorassit, vel impedimentum de nouo didicisse iurabit, idque dolo fraude non obiicere: ab accusatione matrimonii repellitor.

*4. Insuper.* Sic & inuita desponsata postea sponte cognita contra matrimonium ne auditor.

*5. Significante.* Item ob quæstum adcūsans matrimonium ne admittitor.

*2. Anno bis.* Sed & in accusatione matrimonii cōscribito sola, sine viua voce, ni alia suffragabuntur administricula, quoad sententiam proferundam nullius momenti esto.

Hæc de adcusemente. Quod autem ad testifi- <sup>3. Videtur</sup>  
cationem pertinet, si super contrahundo distra-  
hundove ex capite consanguinitatis matrimonio  
lis erit: parentes & proxumi ad testimonium  
admittuntur.

Denique si de matrimonii fœdere dissoluun- <sup>1. Relatū.</sup>  
do agetur: etiam absente, modò perquisito reo  
testes legitimire recipiuntur. sententia ad eorum  
dicta fertur.

*De diuortiis. Tit. 19.*

**V**Ir vxorem sine iudicio ecclesiæ , et si con- <sup>3. Porro.</sup>  
sanguinitatem causabitur , ne dimittito . Si  
faxit: recipito . Alioquin & is , & superinducta  
excommunicantur . Sed nec si notoria siet con-  
sanguinitas abiicito. quo casu adculatore nullo  
adparente iudex ex officio coniuges separato.

Sic & relictae fratrū ne qui ducant videto, <sup>9. Deus</sup>  
prohibeto . Si qui faxint(ni fortè cum aliquibus qui.  
vt cū neochristianis gratosè dispensabit eccle-  
sia ) separantur.

Pagani enim in gradu lege tantum canonica <sup>8. Gande-</sup>  
prohibito coniuncti si ad fidem conuortetur: <sup>mus.</sup>  
ne separantur . Sin paganus sympolygamus erit:  
suscepta fide primæ adhæreto . Sed & si repu-  
diata prima cum secunda contraxit: suscepta fi-  
de ad repudiatiā ( licet cum alio contrixerit,  
modò ne fornicata siet ) reuortitor.

Nam si notoriè fornicata siet vxor , virau- <sup>4. Signi-</sup>  
tem continebit : illa petens restitutionem <sup>ficasti.</sup>